



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Aurea Rosa id e[st] pre||clarissima expositio sup[er]
eua[n]gelia to||tius anni**

Mazzolini, Silvestro

Hagenaw, M.dxvi.

VD16 M 1751

D[omi]nica prima post oct. Epi. Textus eua[n]gel[ij]. Joa. cap. ij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70365)

Dñica. I. post octa. Epipha.

Dicēs. Hic est fili⁹ meus dilect⁹. De-
buit autē ista p̄s vox audiri s̄z s. Tho.
vbi s̄. 7 fm Aug. in ser. de Epl. eo q̄ n̄
baptism⁹ p̄fici inuocata trinitate. idō
i ch̄i baptismate tota trinitas debuit
manifestari: sic 7 factū ē. Hiero. D̄y/
sterū trinitatē i baptismate demonstrat
Dñs baptizat: sp̄s descendit in habitu
colūbe: p̄s vox testidm filio p̄hibētis
audif. hec ille. D̄r autē fm Hila. de tri/
ni. h̄ fili⁹ dilect⁹: q̄z p̄pus 7 ver⁹ est fili⁹
origie: nō adoptiōe. In q̄ mibi cōpla/
cui. i. in q̄ siue de q̄ leror 7 gaudeo: sic
in naturalit. et nō sic in adoptato s̄z Au-
gust. sup Jo. Ut in q̄ mibi cō. si referat
ad hūanitātē s̄z Remi. itelligit i q̄ solo
pctm̄ nō inueni. Si autē legat. in q̄ m̄/
bi cōplacuit: fm eundē subaudiendū est:
placitū meū p̄stituere. vr p̄ eū opus re/
demptiōis explerē. Est autē sciendū fm
Aug. de p̄en. euan. q̄ Lu. 7 Bar. ha-
bent sic. Tu es fili⁹ meus dilect⁹ in re
p̄placuit mibi) 7 sic fit p̄cordāta fm eū
Nō em̄ dictū est ch̄o: tu es fili⁹ me⁹: vr
ip̄e addidisset qd̄ nesciret: sed h̄ ei p̄pter
circūstātes dictū est. Et hūc sensus ex-
p̄ssit Bar. d. (Hic est) Exponit autē h̄
trip̄lr. Primo de gr̄a vnionis: vr dictū
est. q̄z. i. in eo dñs placitū suū de n̄ra re/
dēptione p̄fecit. Et secdo de gr̄a singu-
laris p̄so ne. q. d. Tanta est hūc me⁹ di-
lecti filij gr̄a: q̄ in eo nunq̄ inueni aliqd̄
mibi displicēs. i. pctm̄ mortale: veniale
vr originale. Et tertio de gr̄a capis: vr
dicat: cōplacuit. i. h̄ placitū meū cōsti/
tuit: fm glo. vr tu in q̄ nihil est nisi bonū
placeas p̄ re: 7 aliū nō p̄ se. sed in te: tibi
fide 7 charitate vnict placeat. Hec illa.
Allegorice fecit q̄ h̄i q̄ suscepturi erāt
baptismū ch̄i p̄ aquā baptismale: susce-
perunt etāt in se sp̄m̄: 7 p̄nter oia ei⁹
dona 7 fructus infusus: dūmō orarēt. i.
mentē eleuaret in deū: q̄ displicētā pec-
caroz si forent aduēt.

Anagoge p̄o fecit q̄ baptizat⁹ si de
cedat statim ap̄to celo euolat ad illud: sic
7 martyres / 7 q̄ d̄gnā egerūt p̄niam.
Dicitur istruē bap̄. zat⁹ fm Ebz. y
fost. vr post baptismū statim ascendat ad
p̄u: s̄. Et maxime oīom̄ vacare debz.

Et tunc meret̄ doceri de celo per inter-
nam inspirationē.

Dñica prima post oct. Epi. Textus euāgel. Joā cap. ij.

Nuptie facte sunt in ca-
na galilee: et erat ma-
ter iesu ibi. Vocat⁹ est
autē iesus et discipuli ei⁹
ad nuptias. Et deficiente uino
dixit mater eius ad euz. Vinū
non habent. Et dixit ei Iesus.
Quid mibi 7 tibi est mulier: Nō
dum venit hora mea. Dicit ma-
ter eius ministris. Qd̄cūq̄ di-
xerit uobis facite. Erāt autē ibi
lapidee hydrie sex posite s̄z pu-
rificationē iudeoz: capientes
singule metretas binas vel ter-
nas. Dicit eis Iesus. Implete
hydrias aqua. Et impleuerūt
eas vsq̄ ad sumū. Et dicit eis
iesus: Haurite nunc 7 ferte ar-
bitriclino. Et tulerunt. Et au-
tes gustauit arbitriclin⁹ aquā
uinū factū: et non sciebat unde
esset: ministri autem sciebant
qui hauserant aquam: Vocat
sponsū arbitriclinus: 7 dicit
ei. Q̄m̄s homo primū bonū vi-
num ponit: 7 cum inebriati fue-
rint: tūc id qd̄ deterius est. Tu
autē suasti uinū bonum vsq̄ ad
huc. Hoc fecit initū signoz. Je-
sus in cana galilee: 7 manifesta-
uit gl̄iam suam. Et crediderūt
in eum discipuli eius.

Nuptie facte sūt in
cana galilee. Joā. ij. Nuptie
de quibz in presenti euāgelio
fit mentio fm textū euan-
gelij Joānis dicit facte rerē

ria diei. Qd̄ dupl̄ intelligit. Uno. scz
mō vt dicant sic dr̄ s. Tho. facte tertia
die a testimonio qd̄ Joānes phibuerat
ch̄o. Alio mō vt dicat̄ facte tertia die. i.
eadē die sc̄io repetita. Nā fm̄ Hieron̄.
z Aug. z ecclie sniam z p̄suetudinē. vt
dr̄ sc̄us Tho. tridecimo die a natira
te sua dñs adoraz̄ est a magis: z eadē
die. xxx. annis reuoluz̄ baptizaz̄ est: et
eadē die reuoluz̄ āno vno: h̄ miraculo
glificatus est. z eadē die reuoluz̄ āno/
panes multiplicauit. vt dr̄ Bed̄. Ex q̄ se
quit̄ fm̄ s. Tho. q̄ ad min̄ ann̄ vn̄ ela
ps̄ sit a baptismo vsq̄ ad nuptias. In
q̄ qdē anno nihil legit̄ ch̄m fecisse / nisi
qd̄ dr̄ Dar. iiij. de tetunio in defro: et
ea q̄ Jo. ij. ca. refert de testimonio Joā
annis z cōuersione discipuloz̄. A nupti
is aut̄ inq̄r cepit publice pdicare z mi
racla facere. Scdm̄ tñ eos q̄ dicūt inf
baptismū ch̄i z eī passionē fluxisse du
os ānos cū dimidio: h̄ qd̄ h̄ legit̄ de nu
ptijs eodē āno factū est q̄ ch̄is baptiza
tus est. Sz̄ his tria snia ecclie pdicta
vt dr̄ s. Tho. Circa h̄ aut̄ miraculm̄ qd̄
in euāgel. narrat̄ occurrūt tria pūtra: q̄
s̄ p̄paratio: p̄petratio: cōprobatio.
Quantū ad p̄mū s̄ralter sciendū est: q̄
tenet̄ coiter q̄ iste nupte fucit̄ Joānis
euāgeliste: qd̄ videt̄ sonare dicū Hie
ron̄. in plo. sup̄ euāg. elusdē. q̄ dr̄ q̄ dñs
cū volentē nubere. i. cōsumare mirimo
nium: vocauit de nuptijs. Non em̄ legi
tur dñm fuisse in alijs nuptijs. Rōna
bile est etiā q̄ mat̄ lesu / q̄ semp̄ amauit
secretū fm̄ Amb. nō fuisse ibi: nisi sibi
maxime aliter cōiugū p̄cipue sp̄sūs at
tinuisset: v̄pore nepos sū. Dicit̄ tamē
maḡ histo. q̄ hoc nō est certū. Dicit̄ ḡ
(Nuptie facte sunt) Nuptie aliq̄ su
munt̄ p̄ carnali corporoz̄ cōiunctionē. Cū
Hiero. Cū Joseph virū audis marie:
nō tibi suspicō subeat nuptiaz̄. Aliq̄
nō nuptie appellat̄ nuptiale cōiugū: vt
h̄ (in cāna galilee) Cāna videtur est in
p̄vincia galilee fm̄ Raba. s̄ addit̄: ga
lilee. qz̄ sic dicebat̄ forte z aliq̄ alia vil
la (z erat m̄ lesu ibi) inuitata. s̄ ad nu
ptias: vt eas sua honorabilī p̄ntia deco
raret. Sic aut̄ testat̄ maḡ histo. qdam

dicūt q̄ tūc mortu⁹ erat Joseph: z h̄ ḡ
tūsserat in custodia filij. Cū nō fuit̄ iō
seph vocat̄ ad nuptias: nec deiceps alī
qd̄ legit̄ de illo i euāgel. Quicqd̄ tñ sic
de h̄: certū est q̄ tpe passiois ch̄i s̄z eūd
dem erat mortu⁹: qz̄ alī ch̄is p̄gnē nō
cōmendasset alij. s̄ iōāni. Sic aut̄ dicūt
alīq̄ ex h̄ apper q̄ lesus nōdū manifest⁹
erat: qz̄ m̄ p̄ncipalr̄ inuitata est: tpe ve
ro nō nisi p̄ reuerētia m̄is. Cū vt dic̄
s. Tho. p̄mittit̄ de m̄e vt oñdat̄ q̄ Jesh
sus adhuc s̄gnis erat z non fuit̄ vocat⁹
q̄si insignis p̄sona: sed ex qdā familiar
tate sic vn̄ alioz̄. Vel forte nō fuerūt
ausi iutare ch̄m p̄ eī sūmā religio
nē: qz̄ nō erat solit⁹ cōiugū frequerare
z nuptias. Vocata est ḡ p̄mo m̄. Dicit̄
p̄ illo ei⁹ vocat⁹ est filij. iō subdit̄ (Vo
cat⁹ est aut̄ lesus z discipulī ei⁹ ad nu
ptias) Et vocat⁹ venit p̄mo fm̄ Ebz̄:
vt daret nob̄ hūilitatis exemplū: qz̄ nō
est dedignus ad nuptias venire suoz̄:
iō dr̄ Aug. Erubescat hō eē sup̄b: qm̄
fact⁹ est hūilis d̄s. Ecce inf̄ cetera filij
hois venit ad nuptias: q̄ cuz̄ ap̄d p̄iem
esset instituit̄ nuptias. Hec ille. Scdo
vt cōdemnet̄ hereticos q̄ nuptias illicitas
dicūt. z fm̄ Bedā tales heretici fu
erūt Tacian⁹ z Darcian⁹: qz̄ra q̄s̄ ait
Si thoro immaculato et nuptijs debita
castitare celebratis culpa inesser: neq̄
dñs ad has venire: nequa q̄ eas signoz̄
suoz̄ inrijs p̄secrare voluiss̄. Nūc aut̄
qz̄ bona est castitas iugalis: melior cō
tinētia vidualis: optima p̄fectio p̄gna
lis: ad cōprobandū oim̄ electionē gra
dū: discernēdū tñ meritū singuloz̄: ex
inremarato p̄ginit̄ vtero nasci dignus
est: a p̄berico vidue Anne ore mox na
tus benedic̄: a nuptiaz̄ celebratoz̄ lib
iam iuuentis inuitat̄: z hos p̄sentia sue
frut̄ honorat. Hec ille. (Et deficiēte
vino) ex v̄tūa p̄uidētia: vt hoc signoz̄
p̄ncipio ch̄is inoresceret (dr̄ mat̄ Jeshu
ad eū) mora cōpassione: z certa de filij
p̄tate (Cū nō habēt) s̄ m̄str̄ ad p̄
nandū. Ecce q̄dulcis inuitatio ad sub
ueniēdū p̄ miraculm̄: qz̄ alī cōgrue fieri
nō potat̄. Et in h̄ fm̄ sc̄m̄ Tho. notat̄
reuerētia m̄is ad filij. qz̄ vt dr̄ ex reue

Domínica post octa. Epi.

rentia quā habem⁹ ad deū sufficit dfe/
er⁹ nostros tm exponere: fm illud Ps.
Dñe aū te omne desiderū meū. Qualit
aū nob de⁹ subueniat nō est nostruz in
quirere: qz qd ozem⁹ sicut oportet nesci
mus. Et ideo mater alioz defectū chri
sto simplr exposuit nihil petēdo. Sed
qrit hic Chrys. Quid mouit matrē ad
aliqd magnū imaginādū de filio: cū ad
huc nullū fecisset miraculū vt parebit.
Et soluit idē: qz ea q in zceptōe z nati/
uitate chri viderat z audierat: pserua
bat i corde suo. Sz tūc vlrer⁹ qrit idē:
qre nō ante inuāuerat filiū ad mira/
cula faciēda: Et soluit: qz chris vsqz ad h
rēpus cōter se habuerat vt aliq homies
salua tū omni modestia z religiositate.
Jam aū ceperat māifestari. nam iam
vocauerat discipulos aliqz: et recepat
testimoniū a Joāne baptista. Mater
aū obseqbat volūtatē ei⁹: z iō qdū sci
uit q volebat latere: nō induxit vt face
ret miracula: sz solū tūc qn vidit q vole
bat suā glām manifestare. Vt etiā pos
sum⁹ dicere nō eē incredibile/nec irrōna
bile qz chris sue mīl reuelauerit qd erat
facit⁹. Vñ cum infra visus fuisset p/
poneri defectū vini: dedisse responsuz
negatiuū dices. quid mibi z tibi: illa q/
si certa de futuro miraculo dixit. Qd/
cūqz dixerit vobis facite. Et his ergo
pater quomodo fuit preparatum seu oc
casionatum miraculum.

Allegorice fm Aug. z Bedā: p has
nuptias scant qdā nuptie spūales: que
llez tā essent tūc facte aliq mō: tū erant
future fm suā manifestatiōez z pūma
tione pdicantiū aplis. Vñ fm Augu.
Iste nuptie sūt facte i thalamo ventris
Marie: z spōsus fuit ybū patris: spon
sa hūana caro seu hūana natura: z pse/
quēter ecclia quā sibi in hūanitate vni/
uit. Ne nuptie sz Bedā tertia dfe fūit
.i. tpe gre: nō tpe nature vel legē septe.
Discubente aū dño defecē vinū: vt me
lius succederet. sūt em sacramēta digni
ora in noua lege qz i veteri: z scpturarū
sentus suauior. Facte aū sūt i Galilea
.i. trāsmigratiōe q deus facit⁹ est homo:
z in cana .i. zelo seruente diuini amoris

qui eum ad nuptias conduxit.

Anagoge i Galilea. i. i trāsmigrā/
tiōe: qz ex h seclō migrat⁹: sūt nuptie i
cana. i. in eo qz hz zelū seu amorē def. q
nuptie sunt etna gaudia: i qz est Ies⁹
z mī z discipuli ei⁹. In his defcē vinum
impfectū vt miraculosuz i optimū suc
cedat. qz fidi succedit apra visio: spet p
fecta pphētio: charitati aū ipseete suc
cessit charitas pte psequē graz pūma
tā z brā fructio: qz fit vt anim⁹ iebite
tur gaudio. De his vide scrm Tho. iij
dist. xlix. dist. lxx. arti. v. q. iij. si vis.

Doralit in h q nuptie fiunt in cana
qd interpretat zelus: significat qz iuges
debet hie zelum diceretū ad inuicē. Est
aū triplex zelus. i. nīm⁹: cū alter eozū
est zelozp⁹: qd respēdit i viro. Eccl.
viij. Nō zeles vxorē sinus tui. Et i vxo
re. Eccl. xxvj. Dolor cordis z luct⁹ mu
lier zelozypa. Est scōs zelus modic⁹ q
alter alter fornicantē sustinet: cū tū fm
Aug. li. l. hom. debeat vxor qtuoz mo
dis vtrū corrigere de h: z a fortiori vtr
vxorē. Admonēdo. s. oburgādo/ ecclia
impellādo/ z deū exorādo. Est tert⁹ ze
lus diceret⁹: d q apls Eph. v. Viri dil
gite vxores vras sic chris dilexit eccliaz
vt. i. si peccauerit z peniteat receptatis
eas. Et. j. Cor. vij. Viri debēt dilige
re vxores suas vt corpa sua: vt. i. corpus
suum nunqz alteri diuidāt. Et Eph. v.
Unusqzqz vxorē suā vt seipm diligit. s.
cordiali z affectuoso amore. Et ecouer
so de vxorzū intelligendū est.

Doralit etiā sciedū ē q in nuptijs q
fiūt inter aiaz z deū: fm s. Tho. mī se
su sic nuptiaz zcellatrix. qz ei⁹ incessi/
one pūgimur chro p qm. Eccl. xxiij.
In me ois spes vite z futz. Et tel⁹ sic
ver⁹ spōsus. Jo. iij. Qui hz spōsaz spōs
sus est. Et discipuli vt paranymphū qst
pungētes eccliaz chro. i. Cor. xj. De h
spōdi vos vni viro zc. Hec ille. In his
nuptijs aliqñ defcē vinū. Pro q sciedū
est q qdruplex ē vinū. Prīmū ē demen
tanz lascitue. Esa. v. Et thara z lyra et
tibia z tympanū z vinū i putijs vris.
Scdm lertificāz innocēte. Ps. Vinū
lert. cor. ho. Tertū exercitāz penitēte

Lux. Allgauit vulnera eius ifundēs oleū & vinū. Quartū felicitatis glorie. **Dar. xvj.** Donec illud bibam vobiscū no. ireg di. Et dicitur vltimis **Dar. xvj.** rogat p nob filiā dicens. Vinū nō hnt. Qui tubet vasa cordis nri ipleri aq la/ ebymax q̄ quertit i vinū celestiu pso/ lationū: cui suauitas nisi gustet i grat: furra illd ps. Gustate & videte qm̄ sua/ uis ē dñs. Quātū ad scdm̄ rāglt ppe/ tratio miracti. Circa qd̄ sciedū ē q̄ rñ/ sio ch̄i ad p̄gine ē aliq̄lt obscura. Naz seq̄. (Et dr̄ el iesus. Quid mihi & tibi ē mlter.) In his ar̄ p̄bis vt testat serūs **Tho.** occasione sup̄st̄ mltiplex heresis **Danicheo** em̄ dixit ch̄i n̄ habuisse ve rā corp⁹ / s̄ pharasticū & apparēs em̄: iō sensus ē fm̄ eū (Quid mihi & tibi ē mu lter.) q̄si diceret. Nihil: q̄ n̄ habeo illaz naturā quā me credis h̄re. **Valentin⁹** ar̄ dixit ch̄im̄ habuisse qd̄ē vez corp⁹: s̄ il lud d̄ celo attulisse. nec aliqd̄ assūpisse de p̄gine: iō sic exponit (Quid mihi & tibi ē q̄si diceret. Nihil habeo qd̄ a te accepe rim. **Hebion** ar̄ dixit ch̄im̄ ex vtr̄ll se/ mine p̄ceptū vt ceteri fuisse: & m̄ez ei⁹ post partū p̄giez n̄ fuisse. **Deluidi⁹** aut̄ ifelt̄ dixit ch̄im̄ p̄ceptū & natū d̄ p̄gine: s̄ illā post d̄ **Joseph** habuisse alios filii os: & p̄seant̄ p̄ginate post partū p̄didit/ se. Et h̄i duo i argumētū sue p̄fide accl piāt h̄ q̄ ch̄is dr̄: mlter. **Di** em̄ mulier q̄ll molliēs hez vel virū: et sonat corru/ ptā. **Costar** ar̄ ista eē p̄tate sacre scri pture. **Di** em̄ **Ro. j.** Qui fact⁹ est ei ex semie **Dauid** fm̄ carnē. Nō em̄ ch̄is d̄i fact⁹ ex semie **Dauid** rōne diuie nature nec etiā rōne aie. q̄ illa n̄ ē ex semie: sed infundit a deo p̄ creatiōez. Est em̄ aia itellecua ab extrinseco: vt dr̄ **Pbs** i l. de aialib. q̄ h̄ d̄i rōne corpis. q̄ habuit vez corp⁹ **Danicheo**. **Frex** ex h̄ seq̄ q̄ illud corp⁹ nō fuit celeste: s̄ ex semie **Dauid**. i. sumptū de p̄gine q̄ p̄cessit ex stirpe **Dauid**: cōtra **Valentinū**. **Pre** terea fm̄ vrrūq̄ istoz p̄go nō fuisse m̄ ch̄i: q̄ d̄ rōne m̄is est m̄strare mate/ riam vñ formet corpus filij. **Dent̄** q̄ fm̄ istos vel decipit euāgelista: d̄icēs q̄ erat m̄ **Jesus** ibi. Et sic tollit p̄tate scri

pture: & p̄seant̄ fundamētū fidel. **Post** dū etiā q̄ mlter nō sp̄sonat i carnis cor/ ruptiōne: s̄ aliq̄n̄ notat sexus distinctio nē. **Uñ** **Gen. iij.** dixit **Adā**. **Uñ** quā dedisti mihi rē: & p̄stat q̄ tūc erat p̄go. Erāt em̄ ambo i paradiso vbi nūq̄ se car nalis coguerūt. Et sic accipit h̄. & **Gal. iij.** factum ex muliere. **Hec** oia ex illo. **Qd̄** h̄o sequit̄ (nondū venit hora mea) **Piscellaniste** assumūt ad p̄firmationē sui error: vt s̄. **Tho.** restat. **Dicunt** em̄ oēs ac̄ hūanos regi & d̄spont fm̄ d̄is/ positioez stellaz: & iō cert⁹ horis s̄ eos h̄o cogit aliqd̄ facere qd̄ als facere neq̄ uisset: fm̄ q̄ stelle diuisimode d̄spont. **Uñ** sensus ē fm̄ eos. **Nōdū** venit hora mea: fatalis. i. in q̄ aliqd̄ tale facere pos sum. **P̄z** aut̄ h̄ falsū esse in q̄libet hoie. **Impossibile** ē em̄ q̄ corp⁹ qd̄cūq̄ dire/ cte agat i sp̄m̄: q̄ oē agens ē nobilit⁹ pa riente: & ois sp̄s est oī corpe melior et nobilitor. **Sz** i aia sūt qd̄a potēte oino imarertales & icorpozee. i. itellec⁹ & vo lūtas. Et p̄seant̄ nullū corp⁹ directe p̄ in illas impmere. **Ac̄** aut̄ altaz potē/ taz impant a volūrate. **Ambulo** em̄ ex loq̄r q̄ volo. & sic de alijs. **Exci**piunt t̄a potēte vegetatiue p̄tis: vt digestiua et expulsiua & hm̄oī: q̄ ac̄ nō subsūt vo lūrat⁹ ipto. **Lū** q̄ volūtas s̄t liberā: h̄o liberā h̄z electionē in oib⁹ ac̄tib⁹ suis: t̄a potēte itellec̄tue q̄ appetit⁹ sensitut⁹ & hm̄oī potērtaz. **Uñ** ē t̄n/ q̄ corpa ce/ lesta directe agūt in oia corpa iferriora & iō etiā hūana corpa h̄nt diuersas com plexiōes fm̄ diuersas cōstellatiōes sub qb⁹ s̄t generata. **Ex** cōplexiōe ar̄ corpis etiā anim⁹ ad aliqd̄ inclināt. **Uñ** vn⁹ ē magis disposit⁹ ad irā/ & ali⁹ ad tristit̄ ciā. **libertas** t̄n̄ ellgēdi sp̄ manet penes volūratē. **Uñ** videm⁹ q̄ aliq̄s mag⁹ d̄i/ posit⁹ ad luxuriā ellgit habitū castitat⁹: ali⁹ p̄o min⁹ disposit⁹ ad luxuriā ellgit vitā luxuriosaz. **P̄o** dr̄ **Prolo.** q̄ sapiēs d̄nabit astris. **Sz** q̄ nulli hoī necessitate imponūt: mltō min⁹ imposuerūt ch̄i. **Hec** oia tradit serūs **Tho.** in locis q̄ plurib⁹. **Sciedū** est ergo vt dr̄ **Alebur** nus ch̄ist⁹ nō venit ad nuptias vt doce ret matres p̄tinere. q̄ vt dicit **Ch̄ist⁹**.

Dominica .I. post octa. Epi.

Valde venerabat mrem: cui spore erat
iudicatus. Un p dicitra pba no dicit qst
prensens mrez. Habet aut duplici expo
sitione. Pna est Aug. Pro q scidm est
q chris est vna psona i duabz naturz: di
utna. s. z huana: z qdam ei zuentur fm
vna natura. qda fm alia: sic ide ho irel
ligit fm aiām: z ambulat fm corp. Fa
cere g miracla cōperebat chro fm diul
nā natura quā accepit a patre: s. part et
mori: fm huana quā accepit a mre. Ro
gant g miri vt faciat miraculū: respon
det qd mibi z tibi ē mulier) qst diceret
fm Aug. Ex eo qd accepit a patre: s. qd mibi
z tibi est cōe nō habeo q miracla faciā:
sed q possū mori. z tūc recogitā te sicut
verā mre. (nōdū em venit hora mea) nō
qdē hora fatalis fm Aug. sed hora mee
passionis: vt appareat quid habeā a te.
Alia est expositio Chryf. fm quā sen
est talis. (qd mibi z tibi ē mlter) qst d
ceret. Iste dfect? vini nō ptnet ad me
vel ad te: s. ad eos q debuerūt puidere
Si tū vis vt ex abundātia suppleā defe
ctū eoz: expecta: q: (nōdū venit hora
mea) oportuna. s. ad faciēdū miraculū.
Utz em deficiat vinū: tū adhuc nō est
māifest? defect? quē tū oportet eē ma
nifestū vt etiā manifestū sit z grat? se
quēs miraculū. Beata aut pgo intelle
xit suā peritōnē nō esse repulsam. imo
fm aliqz credēdū ē q nūqz aliqd ab eo
petijt qd ille nō fecerit. Qd ē vltimē: q
cū habuerit sapentiā z oia dona spūs
scti excellētissime: fuit discretā i petēdo
Sed qre chris genitricē suā nō appell
lauit materno noie: Dico q brā virgo
tanto amore ferebat in fillū q interdū
deblitabat in corpe. Quod fili? scilens
a pbis dulcibz interdū cauebat: idcoqz
eam hic appellauit mulierē: ne dulcedi
ne pbi materni alteraret: z sicut i cruce
post? ne crepulsset. (Dixit mater eius
ministris: qd cūqz dixerit vob facite) qst
diceret fm Bedā. Utz videat negare
qd petijt tū faceret. (Erāt at tbi lapidee
hydris sex) Hydris pte ē vas aquarū
cū fm Bedā: dicitur ab hydor grece qd ē
aqua latine. Et tōo ex h: sic dicit Chryf.
collit omis suspitionis occasio. Si em

illa vasa pns ptnuissent vinū. possz dō
suspiciari q parz vini remāsserit: z illō sa
porē aliqū dedisset aque: qd tū fuisse
possibile i vasis aquatis z in tanta aque
militudie. Ideo ponit numer? vasoz z
qntitas eoz infra (postre fm purificati
onē iudeoz) Iudei de facili ptabebāt
quasidā imūditas seu irregularitates
legales: vtputa ex tactu anialis mortui
q plerūqz aquaz lortōe mūdabant. Ill
la aut regio. i. palestina inaquosa est. vt
dicit Chryf. Et ideo in puius parabā
aquā in hydris vt possent se lauādo ab
illis imūditas purgare. (caplētēs sin
gule metretas binas vel ternas) .i. alie
caplebant binas z alie ternas. Vel fm
glo. h pū est exstimāt? z nesciēt? si sin
gule caperēt binas vel ternas. Detret
ra aut ē qdā mēsurā dicitur a metron qd
mēsurā est. Iul? qntitas diuersimode
a diuersis tradit: s. veri? est vt dicam?
q de mēsuraz qntitate nūll certū habe
mus: q: fm tpa z regiōes variant. Alit
cubi tū metreta est onus muli vni? (D
cit eis) .i. ministris (Iesus: implere hy
dras aqua) fm Chryf. iubet ministros
implere hydras: vt sint miraculū testes.
(z impleuerūt eas vsqz ad sumū) z subau
dit statim i vinū puerca est. S. h solet
qri. vrrū illō vinū esset albū vel nigrū.
Et cōiter puenit rīderi: q erat nigrū
vt miraculū appareret nō solū fm saporē:
s. etia fm colozem. qd euidēt? fm nī
grū q fm album sit. Et h videt sentire
ecclesia q cōtat: aqz rubescūt hydris. Ista
tū nō cogūt. Nam ad pūm diceret: q nō
optz miraculū eē euidētissimū: s. suffic
eē euidēs taliter vt nullus ambigat: qd
poruit eē fm saporē solū: z fm saporē et
colozē vini albi q a colozē aqz distinguit
cōster. Ad scdm dī duplr. Pna q illa
autoritas est ad oppositū port? q ad p
positū: q: nō dicit q hydris ruberēt: s. q
rubescerēt. i. incipient tendere ad rube
dine: qd pte eis zuent rōne colozis vi
ni albi. Scdo q cā metri sic dicitur ē: ru
bescūt: acsi dicat colozē vini sumūt q vt
plurimū ē rube? Un z vnum sanguis
dicit vne. Quidā pō vidēt tenere q fu
erit albū. Nā archirielin? illō nō pāgōt

ut donec gustauit. Un̄ d̄ Hugo card̄
 nalis. q̄ credebat eē aquā id qd̄ erat fa-
 ctū vinū. S; neq; ista rō cogit: q; i euā
 gelio nō h̄z q̄ ille cogit eē vinū an̄q̄
 gustasset: s; q̄ post gustū cogit illd̄ esse
 vinū bonū. i. meli⁹. Hugo at̄ dicitū suū
 nō p̄bat. Et reuera circa h̄ videt̄ tenen-
 dū q̄ fuerit nigrū p̄ rōnes p̄d̄ctas q̄
 h̄z sine solubiles: n̄ sūt p̄bables z rursū
 q; fm̄ doctrinā medicorū oib; cōputat⁹
 vinū nigrū simplr̄ est meli⁹ albo: vñ vi-
 nū nigrū d̄z vinū simplr̄: q; vinū simplr̄
 ceter appellat̄ sanguis v̄ue: vt pr̄z Gen̄.
 El̄r. Ch̄s aut̄ fec̄ vinū optimū inf̄ oia
 q̄ vn̄q; p̄duxerit natura: q; sic ars nō p̄
 attingere ad p̄fectōez nature i opando
 ita nec natura deū p̄t̄ imitari p̄fecte i
 operib; suis: vt dicit̄. Et q̄uis z ad hoc
 possit dicit̄ q̄ ch̄s fec̄ optimū vinum nō
 simplr̄: s; in genere suo s; nigrū vl̄ albi-
 tū p̄sille est q̄ fecerit optimū simplr̄. i.
 nigrū: seu declinās ad nigredinē: z tāto
 magis q̄to i regiōe illa vīna cōter sūt
 alba: q; ceteris parib; rarioza sūt p̄clo-
 sioza: z a fortiori s; rarioza etiam sūt i
 rei p̄tate melioza: vt in p̄posito. Si em̄
 nō declinasset ad nigredinē eccl̄ia non
 v̄teret illo p̄bo: rubescūt: q; vinū albū
 nō rubescit: s; flauescit. Hic etiā q̄rit̄
 Ch̄y. Quare nō creauit vinū: qd̄ e s; /
 gnū malorū porētie: q; vinū ex aqua fat-
 cere: Et r̄ndet assignādo duas causas.
 P̄ia est: q; illd̄ sit mal⁹ nō tñ est cui⁹
 dēs z credibile mlt̄: iō hūane capacita-
 ti p̄descedēs porē ex aqua q̄ ex nihilo
 fec̄ vinū. Alia ē vt p̄fundat errorē Da-
 nichel̄ z Marcōs: q̄ dixerūt diabolū
 esse oim̄ visibillū creatorē: deū aut̄ bo-
 nū nō nisi inuisibillū. Si em̄ h̄ eēt v̄ez:
 ch̄s nō fuisset vsus visibillib; creatur⁹:
 q; in h̄ apparuit filius det̄: vt dissoluat
 opa diaboli Joā. iij. S; v̄ltra has rō-
 nes s. Tho. addit̄ tertiā mysticā: vt s; z
 ch̄s oñderet se nō p̄dere nouā doctrinā
 veteri reprobata: sed implera: dū qd̄ il-
 la figurabat z p̄mittēbat: ip̄e exhibuit.
 Moralr̄ docemur qm̄ aliqñ aliqd̄ a
 ch̄o petim⁹ q̄ tūc n̄ dat z tñ postea da-
 hit p̄pter aliqñ bonū respectū: sic dicit̄
 vsus est r̄dere matr̄ cuius tamen pe-

titionē fec̄. Aug. Quedā petita nō ne-
 gant: sed vt cōgruo vent̄ tpe differunt.
 Hec ille. Ir̄e insinuat̄ vt q̄cūq; iuste
 rit deus faciam⁹: nihil disceptātes d̄ eo
 qd̄ iusserit exemplo istorū ministrorū.
 Quārū ad tertiū sc̄dū est q; p̄uersa
 aqua in vinū d̄icit̄ eis. i. ministr̄s (sc̄sus)
 Haurite nūc q̄si diceret: q; ē hora opor-
 tuna (z ferre arbitriū) Sc̄dū est
 at̄ vt ex d̄ursu diuie sc̄pture pr̄z z restat
 sc̄sus Tho. q; antiq; solebāt comedere
 i lect⁹: vñ comedētes i sc̄ptura dicunt̄ ac-
 cūbere vl̄ recūbere. Et inde scamna q̄b;
 ad mēsas sedem⁹ lecti dicunt̄ sive thori.
 Et inde loc⁹ h̄is tres ordines mēsarū er-
 scamnoz: vt refectoria religiozorū dicit̄
 tr̄cliniū a tr̄is. i. tres: z cline. i. lect⁹ vel
 thori. D̄z ḡ arbitriū a tr̄ib; d̄ictio-
 nib; q̄ sūt cline / z tr̄is. z archos p̄ncips.
 vl̄ p̄ncipal. Inde arbitriū: p̄ncips
 tr̄cliniū. Fuit em̄ iste fm̄ Alchibū p̄-
 mus inf̄ p̄luas: vtputa aliq̄s ex sacer-
 dotib; iudeorū: vt qdā optinant. Sed s;
 Ch̄y. fuit is q̄ perat conuulso q̄ adhuc
 erat ietun⁹: iō d̄ns voluit q; iudex eēt vi-
 ni. (Et tulerūt. i. potauerūt obediens
 res. S; q̄re nō mādauit eis vt dicerent
 Arbitriū: q; ip̄e aquā mutasset i vi-
 nū: R̄ndet Ch̄y. q; ad hūllē nō p̄tinet
 sua facta gl̄iosa narrare. Habet ei hoc
 sup̄bie spec̄ie (Et aut̄ gustauit). i. statū
 post q̄ gustauit: (arbitriū) aquā vi-
 nū factū. i. p̄uersū i vinū (z nō sc̄tebar
 vñ eēt) qd̄ addit̄ ne credat̄ aliq̄ fieri ex
 gre arbitriū comedās vinū: (ministr̄
 aut̄ sc̄tebat q̄ hauserāt aquā) vñ veract̄
 p̄t̄is oculis viderāt aquā purā i vinū:
 p̄uersam (vocat̄ sponfam arbitriū)
 s; ignozās virtutē miraculi z adm̄trās
 suauitatē vini. Vocat̄ inq; vt ip̄z argu-
 at vel vt veritatē inq̄rat (z d̄ic̄ ei. Dis-
 homo) fm̄ cōsuetudinē generalē (p̄mū)
 i. in p̄ncipio p̄luū qñ sensus sunt ex se
 funio viuaces ad discernendū (bonū vi-
 num ponit: z cū inebriat̄ fuerint). i. cū
 mltū potauerint: tūc supple ponit̄ vinū
 (qd̄ detert⁹ est) q; vini detertioitas nō
 ita p̄cipit̄ inf̄ctio palato: et quia vt d̄ic̄
 sc̄sus Tho. minus bibunt: z q; vinū bo-
 nū in q̄ntitate sumptū cū q̄ntitate cibi

Dñica. i. post octa. Epiph.

nims guar: vt dr idem (Tu aut) ptra
 gnalem cōsuetudinē z ptra rōnē (fua/
 lli vinū bonū). i. meli? (vsq; adhuc). i.
 vsq; ad hāc horā q̄ sum? in fine cōsuetū.
 Nunq̄ fuit in natura vinū isto p̄ciosi?
 qz nunq̄ agens infertus equat̄ sup̄iori.
 Tria aut̄ s̄t agētia subordiata. s. ds: na
 tura: z ars: sic viciū est. Tō sic ars nūq̄
 pōt eq̄ri nature / sed illā imitat̄ vt po/
 test: vt pr̄z. qz rosa artis nunq̄ est eq̄ p/
 fecta vt rosa nāt̄. ita natura possit dare
 nūq̄ pōt eq̄ri deo. Et sō sic dr Ch̄z. yf.
 h̄ est gn̄ale in oib; mirac̄is ch̄i: q̄ imi/
 nan̄ ad aliqd̄ p̄fecti? q̄ possit natura
 causare. Nunq̄ em̄ natura possit dare
 tra clarū z acurū visum: sic t̄pe dedit ce
 eo nato: z nunq̄ fecit vinū ita bonū sic
 fuit istd̄ (h̄ fec̄ intrū signoz iesus a ca/
 na galilee. (Ista p̄ba exponūf a diuer
 sis diuersimode: P̄rio sic. Hoc fecit in
 trū signoz in publico. s. qz alia fecerat i
 puato. sic creationē / v̄l miraculosa z for
 mationē stelle: z vocationē magoz. V̄l
 secdo: qz hoc fuit p̄mū signū ad manife/
 stationē sue gl̄ie. Nā q̄ stella creauit: et
 q̄ idola egypti corruece fecit: nō ita ma
 nifestauerūt eū esse deū: qz nō fuerunt
 tra nota z publica / vt mlti cōstaret hec
 esse ab illo. Vel hoc fuit p̄mū in cana
 galilee: qz tā alibi fecerat alia: sic in ba
 pelimo z in tetimlo. Et istū sensuz p̄en
 dunt p̄ba euāgelij. Nā dicit euāgelista
 q̄ h̄ fecit intrū signoz iesus in cana ga
 lilee nō absolute z vniuersalr. Sz i. iij.
 pre. q. xliij. dr s. Tho. q̄ ch̄s nō debuit
 p̄ miracula suā deitate z doctrinā asse/
 rere ante p̄fectā etatē: q̄ est. xxx. annoz.
 Nā an̄ istd̄ t̄ps nō p̄perit docere sz scōs
 Accertā manifestari debuit deitatez:
 qz fuisset deccredita hūanitas. V̄n̄ tenz
 t̄b̄s. Tho. z s̄l̄r sup̄ Joā. q̄ cepit face
 re mirac̄a in nuptijs. Sz q̄tū ego ca/
 pio i hac re ista est sn̄ia i. Tho. P̄mū
 miraculū qd̄ ch̄s fecit publicū z ad pu
 blicandū deitate: z p̄firmādā doctrinā
 suā fuit istd̄. z hāc sn̄iam tenet magi. hi
 sto. Vel possum? dicere z redit̄ in idēz:
 q̄ l̄cz an̄ p̄ns miraculū ds fecerit multa
 mirac̄a in ch̄o z circa ch̄z: t̄n̄ p̄mū qd̄
 fec̄ ds p̄ ch̄m fuit istd̄ (Et manifesta/
 uit gl̄iam suā). i. latente deitate: z hoc

q̄tū in se fuit fm̄ Ch̄z. sz mlti tūc illā
 nō coguerint. Vel gl̄iam suā fm̄ sc̄m
 Tho. i. potentia suā q̄ est gl̄iosus. (Et
 crediderit in eū discip̄l̄ ei?) Sz Aug.
 de p̄sen. euā. h̄ mouet q̄nē. Si em̄ tūc
 crediderit in eū: quō erat discip̄l̄ q̄n̄ sūt
 ad nuptias vocat̄: Et soluit idē q̄ d̄i
 scip̄l̄ fuerit vocat̄: n̄ q̄ discip̄l̄ eēt t̄pe
 inuitatiōis: sz qz futuri erāt. Nō est ar
 itelligēdū fm̄ hāc expositiōez Aug. q̄ ē
 est s. Tho. q̄ tūc nullo mō eēt discip̄l̄
 vel a ch̄o vocat̄: qz iam mltos vocaue
 rat. s. Andrea: Petrum: Nathanael:
 Ph̄lippū: z v̄nū aliū. sz v̄d̄m est vt cōi
 ter dr: z dr magi. histo. q̄ mlti eoz fue
 rūt tr̄b; v̄cib; vocat̄ a ch̄o: qz vocat̄
 onū due vel vna vidēt̄ fuisse post has
 nuptias: nō aut̄ p̄ma. P̄rio em̄ s̄t voca/
 t̄ ad ch̄i noticiā: de q̄ vocatiōe h̄ Jo.
 j. vbi habet̄ q̄ duo ex discip̄lis Joāns
 audierēs eū dicentē de iesu: Ecce agn̄
 dei: q̄st̄erūt locū vbi maneret: z māserūt
 apud eū die illo zc. Secdo ad ch̄i fami
 liaritate: q̄n̄. s. turbis irruētib; ascendit
 in vnā nauē q̄ erat Simonis: z capta
 mltitudine p̄sc̄lū / vocauerūt socios. i. ta
 cobū z ioānē. vt pr̄z Lu. iij. Tūc em̄ se
 curi sunt eū: sed t̄n̄ ad p̄ria redierūt fm̄
 aliq̄s. Tertio ad ch̄i discipularū: sicut
 q̄ ambulans iuxta mare galilee vocā
 uit eos de p̄sc̄atiōe d̄i. Venite post me
 zc. vt pr̄z Mar. ij. Tūc em̄ vocauit Pe
 trū z Andrea: Jacobū z Joānem: z se
 curi sūt eū p̄seuerant. Quāuis dicit pos
 sit q̄ adhuc nlls esset vocat̄. sic innuit
 Magi. histo. Et q̄ ioānes p̄mittit̄ nu/
 prijs vocatōez aliq̄z: intelligit̄ antici/
 parue dicitū. Sed p̄mū est veri? Vel
 sic exponit s. Tho. crediderit tūc in euz
 sic in v̄ez deū / qd̄ ante nō fecerant: sed
 crediderāt et tanq̄ viro bono / z p̄dicā
 ti sana ac iusta. V̄l crediderit viso mira
 culo: magis q̄ ante sine miraclo credi
 derāt solo ioānis testimonio. Allego
 rice ex Aug. z Be. z Alehu. sc̄l̄dū est
 q̄ p̄ vinū itelligit̄ sc̄pturaz sensus Be.
 Apparēte d̄no in carne: vinosa legatis
 sensus suauitas paulatim cepit. ob car
 nalem phariseoz interpretatōez a p̄stina
 sua p̄ture deficere. Hec ille. Et defl̄
 ciente h̄ vino ch̄s fecit ex aq̄ vinū: fm̄

Aug. qñ agunt illis sensus vt intelligeret
 scpturas. Sic em sapit z inebriat: qñ
 qñ sapiebat neqz iebriabat. Nilbil ei sa-
 pit diuina scptura/ nisi in ea intelligat
 chis. Sex hydrie fm eundē sunt sex era-
 res in quibz loquit lex z pphetia: que sex
 erates inf istos fminos cōputant: qñ sūt
 Adā/ Noe/ Abraā/ Dauid/ Transmi-
 gratio babilonis/ Joānes baptista/ fi-
 nis mudi. Impleri aut hydrias fm eū/
 dem est impleri pphetas. Et fm Alchuiū.
 ministri sunt doct. noui testamēti. Ar-
 chitrictinus aut est altqz pncipalis int
 Horatū ista aq̄ fecit lasciuā (eos-
 tumentē: que debet nuptiaz rpe cōuer-
 ti in vinū bonū z deo gratū. i. vīuz ma-
 trimoniū licite z fideliter obfuarū. De-
 bet inqz cōuerri q̄tum ad subam: vt tā
 non sit in ope. z q̄tum ad saporez: vt tā
 non sit in voluntate. z q̄tum ad colorez:
 vt iam nō sit in malo exēplo. Non enim
 debz cōiunx familiaria colloq̄a habere
 cum psonis suspectis.

Dñica. ij. post octa. Epsph.
 Tectus euāgel. Matt. viij.

Qum descendisset Iesus
 de mōte: secute sunt eū
 turbe multe. Et ecce le-
 prus veniēs: adorabat
 eū dicens. Dñe si vis: pores me
 mūdare. Et extendēs iesus ma-
 nū tetigit eū dicens. Volo: Mū-
 dare. Et cōfestim mūdara est
 lepra eius. Et ait illi iesus. Vi-
 de nemini dixerz: sed vade ostē-
 de te sacerdoti: et offer munus
 qd̄ pcepit moyses i testimoniu
 illis. Quz aut introisset caphar-
 nati: accessit ad eū Ceturio ro-
 gans eū z dicens. Dñe: puer me-
 iacet in domo paralytic⁹: z ma-
 le torq̄t. Et ait illi Iesus. Ego
 veniā z curabo eū. Et rñdens
 Ceturio ait. Dñe: non sum di-
 gnus vt intres sub tectū meuz:

sed tñ die verbo et sanabit pno-
 er meus. Mā z ego hō sum sub
 ptate cōstitutus habēs sub me
 milites. Et dico huic vade z va-
 dit: z alto veni et venit. et seruo
 meo fac hoc: z facit. Audiēs au-
 tez iesus mirat⁹ est: et sequētibz
 se dixit. Amē dico vobis nō in-
 ueni tantā fidē in isrl. Dico autē
 vobis qñ multi ab oriente z occi-
 dente veniēt: z recubent regnū
 abraā z Isaac z Jacob in regno
 celoz. Filij autē regni eycient
 in tenebras exteriores: ibi erit
 fletus z stridor dentiu. Et dixit
 iesus Ceturioni. Vade: z sicut
 credidisti fiat tibi: Et sanatus
 est puer in illa hora.

Qum descendisset ies-
 us de monte zc̄ Matt. viij.
 In p̄senti euāgelto tangunt
 tria p̄cra: qñ sunt Emūdatio
 Supplicatio: Exauditio. Quātū ad
 p̄mū lraliter sciēdū est fm Hiero. q
 chis in mōte docuerat z pmulgauerat
 legē euāgelicā: ideo volebat eā p̄firma-
 re miraculis: qz p̄ naturalē rōnē p̄bart
 nō p̄r. Dicit q̄ (cum descendisset iesus
 de mōte) in q̄ discipulos docuerat (secu-
 te sunt eū turbe multe) aliq̄ p̄ deuotiō-
 nē z doctrine suauitatē: Aliq̄ p̄ curi-
 ostitatē: vt. i. audirēt noua z viderēt mir-
 racta. Aliq̄ p̄ inuidiā vt ei istidiatē:
 cuiusmodi erat pharisei. Aliq̄ p̄ infir-
 mitatē vt sanarent: sic iste leprosus de
 q̄ seq̄. (Et ecce leprosus veniēs) q̄ seq̄
 in mōte ascendere nō valebat: fz Lbr̄p̄.
 Sciēdū p̄o vt de Lbr̄p̄. q̄ dñs post
 fmonē in mōte factū facit miracula san-
 nādo/ vt doctrinā p̄firmer: z p̄mo sanā-
 do leprosum deorsum post descēsum: vt
 fecer legē euāgelicā datā in monte fm
 Augu. sup̄ legem moysi esse/ que lepro-
 sum excludit. Vel p̄mo sanat iudeū le-
 prosuz: z sedo suum Ceturionis gētilē:
 z t̄tio soctū petri: in signū q̄ p̄mi credē